



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Primvm. Lutheri iactabundam arroga[n]tiam aperte mendacem
esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

¶ Lutheri iactabundam arrogantiam aperte mendacem esse. Caput primū.

.I.



PRINCIPIO Lutheri iactantiā expendamus, qua se certū esse dicit, dogmata sua se habere de cœlo. Nescio quæ Lutherus hic sua dogmata uelit intelligi. Nam si placita decretaque Christi ea esse dixerit, nihil repugno, quin hæc

Varia ī libris offendunt dogmata

Lutherus triphariā corruptis scripturas

Epistolā Iacobi cur Lutherus damnat

Nō passim arguit Paulus de resurrectione

e cœlo fuerint. Sin ea quæ præter sensum uerborū Christi, Lutherus e suo cerebro perperā adiecit, hæc e cœlo nequaquā sunt. Atque hæc sola dici possunt Lutherana dogmata. Nā reliqua non Lutheri, sed Christi sunt. Talia nimirū sunt, quoties, aut suas introducit hæreses plus quā ex diametro sanctissimorum patrum institutis repugnantes, aut quū scripturas pro sui capitis insanis phrenesibus interpretat, aut demū, quū scripturas hæctenus ab ecclesia receptas, pro sua temeritate, quæ suis cōmentis minime quadrent, uel damnet, uel ceu damnatas reiciat. Damnat autē imprimis epistolā Iacobi, nepe quod ea suis hæresibus palā aduersat. Cauillat igitur eā haudquaquā apostolicā esse, quū tamē a singulis patribus passim approbet atque inter catholicas ab uniuersa numeret ecclesia. Sed aduerte quæso cauillum optime lector.

« Sic em̄ in cōmentarijs epistolæ prioris diui Petri scribit. Inde facile discis, epistolā Iacobi nomine inscriptā, haudquaquā apostolicā esse epistolā. Nullū em̄ prope elementū de his rebus legis. « Summū momentū habet hic articulus fidei. Nā nisi resurrectio esset, nihil prorsus uel consolationis uel spei haberemus, « frustra quæ essent quæcunquē Christus, tum fecit, tum passus est. Hactenus ille.

Vbi uides lector quā ob causam Lutherus epistolā Iacobi negat apostolicā esse, nimirū quod in ea Iacobus nullā de resurrectione Christi mentionē fecerit. Verū si propter hunc cauillum epistolā Iacobi nō erit apostolica, nec Pauli quædam epistolæ (præsertim ea quæ ad Philemonē inscribit, & utraq; ad Timotheum) erunt apostolicæ, quū in his de resurrectione nec uerbum quidem ullum habeatur.

Adde, quod ad hunc modū neque posterior epistolā Petri, quā tamen

apostolicā Lutherus approbat, erit apostolica, quū etiā in ea nihil de resurrectione Petrus loquatur. Quare si cauillus ille foret admittēdus, multas ex epistolis quas ecclesia recipit, nos reſceremus,

Cæterū etſi Iacobus de resurrectione nō expreſſe meminerit, B. Iacob⁹ meminit tamen, & paſſionis, & aduentus futuri, q̄ duo nequa min. t. resurreſ q̄ abſq̄ media reſurrectione queunt intelligi. Meminit itē & tationis. potentis uerbi, quo regenerati ſumus, idq̄ ſane eiſdem ferme Iacobi. 5. uerbis q̄bus & Petrus de eodē loquit̄. Nam Petrus ita de deo I. Petri. I. ſcribit. Qui regenerauit nos in ſpem uiuam. Iacobus aut̄ ad Iacobi. I. hunc modū. Is deſtinata uolūate pro genuit nos ſermone ueritatis ut ſimus initiū aliquod creaturæ ſuæ. Simile quiddā & Hebr. 3. Paulus ad Heb. dicit, Participes Chriſti facti ſumus, ſi tamen initiū ſubſtantię eiꝯ uſq̄ ad finē firmū tenuerimus. Hoc cer In uerbo rege te q̄ a Chriſto regeniti ſumus & participes eiꝯ facti per initiū nerationis oia ſubſtantię eiꝯ uim refert, & reſurrectionis, & natiuitatis, & myſteria huſ paſſionis, atq̄ adeo cuiuſlibet alteriuſ negotij, q̄d nri cauſa ſul manitatis inſ cepit Chriſtus. Quamobrē neq̄ ſanū eſt iſtud Lutheri dog⁹ telliguntur ma, nec e cœlo manaſſe credendum eſt.

¶ Alterū eſt Lutheri dogma, nempe, q̄ Petrus & Paulus, II. imo beatiffima uirgo, Chriſti genitrix, nihilo plus aut digni⁹ tatis aut honoris habeat q̄ quilibet aliuſ Chriſtianuſ. Sic em̄ & in eiſdē cōmentarijs tradit̄ ad uerbum.

Quia uero renati ſumus filiꝯ & hæredes dei, pares ſumus in di⁹ gnitate & honore D. Paulo, Petro; S. deiparę uirgini ac diuis⁹ omnibus. Habemus em̄ eundē theſaurũ a deo bonaq̄ omnia⁹ tā largiter q̄ ipſi. Siquidē & ipſoſ non ſecus atq̄ noſ renalci⁹ oportuit. Quare non plus habent q̄ quilibet reliqui Chriſtia⁹ ni. Hæc Lutheruſ illic.

Verū iſta ſcripturis palā aduerſant̄. Nā qui fidē & grām præ cæteris cumulatiorē acceperūt, eoſ haud dubie plus accepiſſe Amplior dig⁹ credendū eſt, quādoquidē eatenus aut pluriſ aut minoris qui⁹ nitas et honor uis Chriſtianuſ habendū eſt, quatenus ampliorē fidē & gra⁹ debet̄ hiſ qui⁹ tatijs p̄ſtant. tiā eſt cōſecutuſ. Et q̄ q̄ omneſ de plenitudine Chriſti nō ni⁹ hil accepiſimus, uti Iohāneſ tradit̄, nō tamen equaliter ſinguliſ Iohan. I. impartitū eſt. Nā ut Pauluſ ad Ro. ait. Habemus dona iuxta Roma. 12.

Contra captiuitatem Baby. Cap. .I.

Ephes. 4 gratiā nobis datā uaria. Et rursum ad Ephe. Vnicuiq; nostrū
 data est gratia, iuxta mensurā donationis Chri. De fide quoq;
Roma. 12 Paulus ait, eā nō ad eandē mensurā singulis esse traditā. Atq;
 ideo iubet ne quis arroganter de se sentiat, sed ut cuiq; deus
Lucæ. 17 partitus est mensurā fidei. Et profecto nisi fides esset in alijs
 tenuior, in alijs copiosior, non dixissent ad Christum aposto-
 li. Domine adauge nobis fidem.
Lucæ. 22 Adde, q; fidē in Petro laudauit Christus, & tamen alibi uo-
Matt. 14 cat eū hominē pusillæ fidei. At quid si fuerint omnes renati,
 non tamen in ipsa renascentiā singuli parem omnino donati-
 onem acceperunt. Et constat item beatā uirginem, priusq; ex
Maria añ baz aqua renasceretur, plenā fuisse gratia, gratiāq; præ cæteris pe-
ptismum fuit culiarē apud deum inuenisse, atq; eam sane multo cumulatio-
plena gratia rem q̄ alius quiuis, præter Christum, inuenerit unq;. Neque
 dubium cuiq; esse potest, quin si gratiæ quicquā adhiçi potuis-
 set, postea per animi sui consensum longe copiosorem acce-
 perit. Sed quid multis moror? hoc dogma, profecto, si tamen
 glossa non adhibeatur, patientioris insanix est q̄ ut egeat plu-
 ribus confutari

III. ¶ Sustulit in super suis dogmatibus arbitrii libertatē Luthe-
Deus non est rus, deūq; prædicat in nobis & bonorū & malorū authorē, at
causa peccati q; id apertissime contra scripturas. Nā, ut innumeras alias p-
I. Petri. I. mittā, Petrus in eplā priori sic ait. Patrē inuocatis qui ci-
 tra personarū respectū iudicet iuxta cuiusq; opus. Ecce lector
 secundū opus uniuscuiusq; & citra personarū respectū, deus
 cunctos iudicat. At quomodo non erit personarū respectus
 apud deū, si me deus adigat ad peccandū, & in me nihil præ-
 ter opera mala producat? Si mihi sit malorū operū author, &
 contra bonorū, alteri, quomodo non illius personā respicit be-
 nignius q̄ meā, aut quomodo iuste iudicabit me secundū ope-
Actorū. x. ra, quæ mea non sunt, neq; libero meæ uoluntatis arbitrio pa-
 trauerim unq;. Consimiliter idem Petrus in actis ait id ipsum
 recensens. Re(inquit) ipsa comperio, q; non sit personarum
 respectus apud deum, sed in quauis gente, qui timer ipsum &
 operatur iustitiam, acceptus est illi. Ecce, si ego mea sponte iu-
 stitiam non operor, frustra sperabo me deo fore acceptum, &

contra, si eam operer, acceptus ero, quum apud eius tribuna-
nullus sit personarum respectus, sed operum, siue bonorum,
seu malorum, quæ per eos operata sunt, iustum examen fiet,
atq; ita de singulis, iuxta districtæ iustitiæ libramentum, iu-
diciū recte feretur.

¶ Docet in super iudiciū de scripturis, hoc est, quid euange-
lion sit habendū, aut secus: & quid apostolica eplā, aut nō apo-
stolica, id ad oēs ex æquo spectare christianos, perinde atque
nihil pro iudicato sit tenendū, quicquid citra apostolorū tem-
pora maiores nostri iudicauerint, quanta uis eruditione fulse-
rint, aut uitæ sanctimonia miraculisve claruerint. Quod do-
gma quantū cōtineat impietatis nemo q nō insanus fuerit, ig-
norare p̄t. Nā si unq̄ in ecclesia syncæ & exactū solidūq; fu-
isset iudiciū profecto fuerat in his qui temporibus ap̄loꝝ erāt
uiciniore quicq; pro fidei suæ tū magnitudine tū puritate co-
piosius diuinoꝝ charismatū fulgoribus illustrati sunt. Quam
obrem si christianis iam extantibus licebit in dubiū reuocare,
quod maiores nostri suis antea iudicijs comprobauerint quid
unq̄ in ecclesia certū, firmū, stabile, futurū sperari queat. Sed
de hac re pluribus alibi. Neq; tamen istud interea prætermi-
temus intactū. Dicat uelim Lutherus: An credat maiores no-
stros (de priscis illis loquor) fidē habuisse uerā nec ne. Si non
credat, quis iam non intelligit, q̄ sit ab omnibus iure exhibilan-
dus. Sin credat eos ueram fidem habuisse, tum non effugiet,
quin confiteatur eorum iudiciū uerum & firmum a cunctis
habendū esse. Nā sic in cōmentarijs eplæ Petri scribit,
Fides res est tam eximia atq; magnifica ut per eam rerum om-
nium quæ ad salutem pertinent, certam & claram cognitio-
nem habeamus potētes iam de omnibus, quæ in terra sunt, iu-
dicare, atque libere pronunciare. Hæc doctrina syncæra, illa
falsa est, uita hæc proba est, illa reproba. hoc factum be-
ne, illud secus. Et quicquid istiusmodi homo desinit, id ita
se habet ac uerum est. Non enim potest falli, sed seruatur,
& custoditur uirtute dei, manetq; iudex omnis doctrinæ.
Hæc Lutherus.

In quibus uerbis p̄spicis lector eū qui fidē habet potentē esse,

IIII

veteres certi
iudicabant

Lutherus asse-
rit fideles q̄sq;
recte iudicare

Contra captiuitatem Baby. Cap. J.

Iudicium Lutheri falsum. ut de rebus singulis indicet eius quoque iudicium uerum esse nec falli posse. Quare quum ipsi maiores nostri fide ueram habuerint, consequitur etiam uel ipsius Lutheri sententia, quod eorum iudicium falli non potuit. Quod si iudicium illorum ratum fuerit & stabile, quomodo non per illorum iudicium ceterorum omnium iudicium, quicumque diuersa iudicauerint, penitus erit praedudicatum? Quocirca quum Lutherus aduersus omnes illos iudicium tulerit, palam est eius iudicium inane, falsum, erroneumque esse.

Corollarium
Capita errorum Lutheri. Consequitur igitur ex iam dictis ut quicquid de sacramentis, de contritione, confessione, & satisfactione, de missa, de testamento, de communicatione sub utraque specie, de sacerdotio, de uotis, de primatu Romani pontificis, de praecipis, de peccato, de bonis operibus, de purgatorio, de excommunicatione, de potestate absoluendi, deque ceteris id genus quibuslibet aduersus maiorum nostrorum unanimem sententiam Lutherus docuerit, id a ueritate penitus alienum censerit debeat, tantumque abest ut e caelo uenisse credatur, ut ab inferis potius & ab ipso tenebrae principe Satana neuitim dubitem inspiratum fuisse.

V. Mendacia Lutheri conuincuntur ex propriis eius. Primus error. ¶ Ceterum ut os eius non nisi mendacium natum suis ipsius uerbis aperte conuincamus, legat epistola quam calci commentariorum suorum apposuit ad Conradum Pelicanum inscripta, ubi cernes lector ipsum tria confiteri. Primum, quod undecimo psalmo turpiter errauerit. Sunt enim eius uerba quae sequuntur.

“ Si non est excusus psalmus. xi. uelim deleas in fine ultimae paginae litterae B. 12. uersus, cum tribus sequentibus uersibus litterae C. Vides enim quod ibi fecerit errauerim in uocabulo דבד. Hactenus ille
Secundus error. Ecce errorem unum, quem nec ipse poterit inficiari. Alium rursus errorem fateor ex psalmo. 13. Sic enim ait in eadem epistola.

“ Iam quod oblitus psalmo. 13. quicquid de uerbo משה somniaui, per. 26. uersus dele quaeso.

Ecce tam aperti sunt errores isti, ut nullis mendaciorum fucis Lutherus licuit eos palliare. Et tamen hos, in suggesto publice docuit. Nam in eadem epistola paulo superius, id ipsum testatur de eisdem commentariis loquens.

“ Voce (inquit) uiua multum auditoribus & lucis & gratiae accedit quantum caecos istud literarum neque habet neque capit.

Quis iā affirmabit hæc dogmata e cælo uenisse. Sed audi le^rtor & tertiu quod in eadē ep̄la dicit. Monuisse uidetur Pe^r licanus illum de maledicentia & immodestia, qua færocit in omnes. Cui Lutherus respondet.

Lutherus non est suipfius compos.

Recte (inquit) mones modestiæ me. Sentio & ipse, sed cõpos mei nõ sum. Rapior, nescio quo spũ, quũ nemini me male uel le conscius sim. Verũ urgent illi etiam furiosissime, ut Satanã non satis obseruem. Hæc Lutherus.

Hic discite lector nõ esse compotẽ sui Lutherũ, nõpe, q̄ a spiritu satanico rapiat. Et quanq̄ dicat primũ se nescire quo spiritu subiungit tñ postea, se nõ satis obseruare Satanã. Nam huius haud dubie spũ concitat & agit in has tã insanas furias. At uide q̄ aperte mentiat. Ait em̄ se nemini male uelle, quũ tamen famã, rē omniũ preciosissimã, suis probris & cõuicijs cuiq̄ (q̄ sibi contradicit) eripere studeat. Cæterũ hæcenus ista recensui, ut candidus lector intelligat qualia sint Lutherana dogmata, de q̄bus dicit se certũ esse, q̄ habuerit ea de cælo. Et ego sane, si more Lutheri scripturas torquere uellẽ, possem etiã ostendere Lutherũ ea dogmata de cælo suscepisse. Nã & Christũ dixisse memini. Vidi Satanã sicut fulgur de cælo cadentẽ. Is forte secũ attulit e cælo dogmata, q̄ Luthero subministraret. Ego certe nulla prorsus alia ratione fieri posse conperio, q̄ e cælo tã pestifera Lutherus hausisset dogmata. Nã & Satan ipse est, aduersus quẽ se triũphasse Lutherus iactitat. Aduersus eũ (inquit) triũphauit qui in ungue nouissimo plus habet uirtutis & astutiæ q̄ omnes papæ, reges, & doctores. Quis em̄ alius hic intelligi potest q̄ Satan, quẽ in ungue nouissimo tantã habere uirtutẽ & astutiã asserit. Q̄ si de Satana Lutherus triũpharit, quid ni pariter et illius diripuerit spolia? hoc est omnia mysteria diabolica. Et profecto nisi totus esset spũ satanico plenus, nunq̄ aduersus optimũ regẽ, & orthodoxæ fidei cultorẽ, defensorẽq̄ præcipuũ, tantũ bilis, imo fellis, & ueneni potuisset euomere.

Mendacium Lutheri apertũ

Lucæ, x.

VI

¶ Sed procul dubio uel fingit ista Lutherus, quo maiorem apud uulgũ sibi cõparet authoritatẽ, uel turpissime fallit, Nã qua ratione certus esse potest de cunctis suis dogmatibus, q̄ e lo esse,

Lut. aĩo fallẽ di fingit dogmata suũ e cœlo esse,

b

Contra captiuitatem Baby. Cap: .I.

celo fuerint, nisi plane fuisset id ei reuelatū. Imo si reuelatū id ei fuisset, reuelationes tñ eiusmodi plerūq; fallunt. Nā que putant a deo manasse, plerūq; cōperiunt a maligno prodisse spū

2. Cor. 11. An nō dicit Paulus. Ipse Satan̄as transfiguratur se in angelū lucis? Et in. 2. Reg. nonne legit, q; dixerit spūs quidā ad dñm: Egređiar & ero spūs mēdax in ore omniū prophetaꝝ Achab Sed & nr̄is tp̄ibus erat uir nō indoctus Hieronym⁹ Florētini⁹ q; multa cōstāter Florētini⁹ p̄dixit euētura. Qua rōne mirificā a pp̄lo simul & principib⁹ cōpauit sibi grām. Ceterę q; post ei⁹ obitū nihil eorū acciderit, q; pridē uaticinabat, eo discerni cūlo plane iā cōstat (si Hieremię credim⁹) illi⁹ p̄dictiōes haud quāq; a deo fuisse. Sic em̄ ca. 18. Hieremias ad Ananiā falso p̄phetatē dixit. Propheta q; uaticinat⁹ est pacē, cū uenerit uerbū eius, tūc sciet̄ propheta quē misit dñs in uitate. Delusus igitur (ut uideri p̄t) ipse Hieronym⁹ fuit, tāetsi uir insignis erat, uerboq; & uita (q̄tū hūano iudicio sciri potuit) uenerādu, nec latū unguē unq; ab orthodoxis p̄ribus in doctrina sua dissidens, nisi q; excoicationē in se latā cōtēpserit, & docuerit ab alijs eē cōtēnendā. Q; si reuelationib⁹ ille uir tātus & tā catholic⁹ potuit seduci, quā nos de Lutheri reuelationib⁹ habere possum⁹ certitudinē? Ille q̄q; sibi graues ab Alexādto tū summo pōtifice uisus fuisset iniurias accepisse, nunq; tñ in eius autoritatē oblocutus est, sed tñ in autoritatis abusum. Fuit em̄ ingenti modestia, humilitate, patiētia, charitate p̄ditus. Nunq; in pōtifiā dignitatē, sed in uitā & mores inuectus est. Neq; quicq; unquā docēdū p̄sumpsit, qd̄ esset cōtra cōmunē ecclīę catholicę fidē. At Lutheꝝ haudquaq; pudet ecclīę dogmata conuellere; patꝝ snias cōtēnere; pōtifices optimos et sanctissimos impostores uocare; autoritatē quā Petro Chrūs cōtulit pro nihilo ducere. Reges eximios cōuitijs & cōtumelijs afficere; plæbē perniciosissimis hæresibus inficere; cælū & terrā reple remendacijs; & tamen a deo perfrictæ frontis est, ut certū esse se iactitet omnia sua dogmata se habere de celo.

Iohā. Fran. Picus Mirādulanus in apologia sua excusat eū. Et Florētini adhuc summa ueneratione eum colunt.

VII. ¶ Sed uideamus primū quid habeat uulpis ista, qd̄ suæ prætextat maledicentię. Rex (inquit) impet̄it prior. At regē id iustissime fecisse mox fiet apertissimū. Sed acerbis insectatus

est. At Paulus ait. Bñ loq̄mini de ijs q̄ uos insectant. Sed uer-
bis incessiuit asperis. Quid tū? An nō Paulus uetat ne cuiquā
malū pro malo reddatis, neq; maledictū pro maledicto? Sed
iniuriā istā ferre nō potui, nec alius patebat ulciscēdi modus.

At potius audire Paulū debueras, q̄ sic monet. Nō uosmeip-
sos ulciscētes dilecti, sed date locū iræ. Nunq̄ equidē aliquis
mihi psuadebit se uicisse Satanā, nisi prius ipse seipm uicerit.
Quisq; ab ira uincit, is iræ seruus est & peccati, Satanæq; mā-
cipiū, atq; stulte iactitat se de Satana triumphasse.

Roma. 12

Iohan. 8.
2, Petri. 2

Neq; em̄ Lutherus defendere potest, quin ira graue peccatū
sit, & maxime quū alibi palā affirmer, in omni opere quantū
uis bono. peccatū esse. Non potest igitur non esse graue pec-
catū ira, quandoquidē & irascentē fratri Chrūs gehennæ ig-
nis reū facit. Q̄ si propter irā qua fratrem suū quis fatuū appel-
lat nunc Chrūs reū facit gehennæ ignis, quanto magis q̄ prin-
cipē & eundē optimū, ac fidei christianæ cultorē pientissimū
tot blasphemijs impetijt? Istud haudquaq̄ sapit Christi spm̄,
sed plane diabolicū. Nā Christi spūs in Paulo iubet, ut omnis
anima potestatibus excellentibus subdita sit. Iubet & honorē
eiusdē impendi, quū nō sine causa gladium gestent.

Matth. 7

Roma. 13

Lutherus uero nec principis aut regis in ulla re maiorem q̄ in
fimi cuiuslibet homuncionis rationem habet. Quis enim, ni-
si prorsus insanus & amens in abiectissimum homuncionem
ita fureret, ac tantis intemperijs totq; furij effrenescentem ira-
cundiam effunderet, atq; L V T H E R V S in regem & eū
dem inclytissimum debacchetur? Multo satius esset profe-
cto sacras omnino nescisse literas, quam eisdem tam aperte
contrauenire. Sed quid de principibus regibusue loquor? Cæ-
saribus ipsius iussa L V T H E R V S contemnit, neque sum-
mo pontifici quicquam censet honoris deferendū imo cōtra,
probris eum afficit, conuicijs onerat, contumelijs insectatur.
Paulus olim quū per ignorantiam, ei qui princeps esset sacer-
dotum maledixisset, eo, q̄ is præter legem iussisset illum per-
cuti, mox tñ ut fuerat admonitus eū fuisse principē sacerdotū
suam ignorantiam excusauit dicēs, Nesciebam fratres, q̄ prin-
ceps esset sacerdotum, & protinus adiecit, Scriptum est.

Lutherus oī-
bus principis
bus cōuiciat.

Acto. 23

Contra captiuitatem Baby. Cap. .I.

Principi populi tui nō maledices. Hanc reuerentiā Paulus exhibuit principi ueteris sacerdoti, qđ alioqui nō dubitauit antiquatū fuisse. Et Lutherus eū qui nō ueteris, sed noui & æterni sacerdoti princeps est, nēpe Chri uicariū & apłorū principis indubitātū successorē, omni maledicētiæ suæ uirulētia cōspurcat Paulus admonitus humiliter obtēperauit, honorē illi sacerdotio deferēs, at Lutherus tantū sibi licere contendit, ut nullū agnoscat superiorē, nullius potestātē reuerēat, nullis deniq; legibus teneri se permittat, certus quicquid dixerit id habere se de cœlo, seq; de Satana triūphasse penitus. O nimisq; impudentē hominis arrogantia. O caput insanissimum. Quis ista nō perspicit mera esse mēdacia? Et tñ Lutherus usq; adeo malitia est excæcatus, ut hac tam arroganti gloriatione toti orbi se sibi persuaferit impositurum.

VIII
Triūphare ad
uersus diaboz
lū difficile est.
Iob. 41.
Colloff. 2
Math. 4
Lucæ. 4.
I. Cor. 15
I. Cor. x.
Roma. 11.

¶ Sed neminē opinor usq; adeo leuē eē, ut ijs tā crassis mendacijs facile fidē adhibeat. Neq; em̄ exigua res ē aduersus Satanā triūphare, qñ Iob dixerit nō eē potestātē sup terrā q cōparet illi. Magnū est si qs ei restiterit, maius si uicerit, at triūphasse maximū est. Vix istud uerbū Chro scripturę tribuunt, nisi post illā eximiā crucis uictoriā, qñ Paulus dicit Chm expolitatos principatus & ptātes ostētasse palā triūphantē illos p semetipm. Et qđ alias cū Satana cōflictatus eēt, eūdēq; ter cōfutauerit, Lucas tñ qđ scribit: nō utiq; q triūphauerit de Satana Chrs, sed q cōsummata oī tētatione, diabolus ab illo recessit usq; ad tempus. O rem mirādā. Chrs nō nisi mortu⁹ de Satana trūphauit. At Lutherus iam triūphat adhuc in carne peccatoq; uiuēs. Sed & si qs dæmoni cuiquam restiterit, nec istud suis uiribus ascribere debet, sed magis græ dei. Diu⁹ em̄ Paulus quū ob iustas causas ingētia quēdā de se pđicarit, subdit tñ. Nō ego, sed grā dei, q mihi adest. At Lutherus quū aduersus Satanā adeo magnifice se triūphasse gloriat, nec uerbū quidē ullū facit de grā dei. Paulus his q uicerint relabēdi metū incutit, dicēs. Qui stat, uideat ne cadat. Et alibi. Tu fide cōstitisti ne efferaris animo sed timeas. Lutherus iā triūpho positus p nde securus gloriat quasi nō posset relabi. Diuus Petr⁹ quanq; spm̄ sanctū uisibiliter accepisset, nō tamen usq; adeo fix

matus erat, quin potuit relabi, & ut Lutherus author est, postea reuera mortaliter peccauit. At Lutherus aduersus Satanā adeo triūphauit, ut nō possit denuo captiuari.

Cæterū ex eo fortassis Lutherus colligit se triūphasse, q̄ desperationē euaserit, qua nō semel insinuat se fuisse grauius impetitū. Verū desperatio nemini cōtingit, nisi propter horrenda quædā & abominanda flagitia, qualia si se cōmisisse Lutherus fateat, & nunc adhuc pergit in his quæ nihilo sunt leuio-

Quibus uitij
Lutherus sit
implicitus.

ra, hoc est inimicitij, litibus, emulationibus, iris, cōcertationibus, seditionibus, sectis, inuidij, & his similibus; quæ Paulus ad Galatas inter opera carnis numerat, & prorsus affirmat, q̄

Gala. 5.

qui talia agunt, regni dei hæredes nō erunt, quomodo nō pudeat eū gloriari q̄ aduersus Satanā triūphauerit; aut quomodo

certus esse p̄t q̄ habuerit e cælo sua dogmata; Nā sapientia q̄ de cælo est, si libro Solomonis credimus, in animas sanctas se transfert, nō in eas q̄ tantis furijs & flagitijs inquietant. Et Iacobus apertissime docet Lutheri sapientiā e cælo nequaquā eē.

Sapien. I.

Quis (inquit) sapiēs & sciētia p̄ditus inter uos; ostendat ex bona cōuersatione opera sua cū mansuetudine sapiētiae. Q̄ si emulationē amarā habetis, & cōtentionē in corde uestro, noli

Iacobi. 3.

te gloriari & mendaces esse aduersus ueritatē. Nō est em̄ ista sapiētia e supernis descendēs, sed terrena, animalis, dæmoniaca.

Vbi em̄ emulatio & cōtentio, ibi incōstantia, & omne opus prauū. Quæ autē e supernis est sapientia, primū quidē casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis. Hæc Iacobus.

Ecce uides optime lector, q̄ si Lutherus e cælo suā haberet sapientiā, esset cōuersatione mansuetus, & pacificus, modestus, q̄ & tractabilis, expers itē emulationis, cōtentionis, & omnis amarulentiae. Quamobrem quum ille contra, prætergressus omnem modestiam ita furiat, insaniat, debacchetur in omnes

Sapientia Lu-
theri non este
cælo.

qui suis peruersissimis hæresibus aduersantur, manifestum est eum non e cælo cuncta sua hausisse dogmata, sed a Satana potius aduersus quem triumphasse iactitat, afflatum esse. Cæterum ad reliqua iam transeamus, quibus adhuc euidentius apparetur neutrum horū uerum esse, hoc est, uel e cælo uenisse Lutheri dogmata, uel eum de Satana triumphasse.